

petri de costantino *etc.* Tibi Corrado de Galiberto f. qd.
Guillelmi de Galiberto socero meo et concivi voluntarie
Guadiam per convenientiam dedi posito inde fideiussore
dicto Nicolao sire petri patre meo. ut si Gemmam f. tuam
uxorem meam ante me mori contingere nullis filiis ex me
et ea relictis ego vel mei heredes uncias auri viginti pon-
deris generalis quas a te pro eadem Gemma filia tua uxore
mea in dotem accepi tibi vel tuis heredibus sine contro-
versia restituamus. si vero dictam Gemmam filiam tuam
uxorem meam ante me mortua fuerit filiis ex me et ea
Infra etatem legitimam derelictis ego vel mei heredes ipsas
uncias auri viginti ponderis generalis quas a te pro eadem.
Gemma filia tua uxore mea in dotem accepi apud vos de-
ponam ad conservandum et reddendum ipsis communibus
filiis cum ad etatem legitimam pervenerint, quibus Infra
etatem legitimam decedentibus ipse uncie auri viginti pe-
nitus vobis cedant omni mea meorumque heredum sopita
calumpnia. Si vero me premori contingere dicta uxore mea
superstite. heredes mei ipsas uncias auri viginti quas a te
pro eadem uxore mea in dotem accepi ut dictum est eidem
uxori mee restituant posito inde fideiussore dicto Nicolao
sire petri patre meo. te dicto corrado pro parte dicte Gemme
filie tue uxoris mee recipientis et stipulantis. Unde voluntarie
tam ego predictus Rogerius principalis quam ego pre-
dictus Nicolaus fideiussor anteposuimus et obligavimus
vobis omnia et singula Bona nostra *etc.* et specialiter ego
predictus Nicolaus sire petri fideiussor domum unam meam
orreatam quam habeo in burgo Santi Iacobi civitatis Bar-
oli iuxta domum domini Petri de Marra. iuxta domum
Roberti ferrisii quam tenet pro parte uxoris sue et a dua-
bus partibus iuxta vias publicas cum potestate capiendi
auctoritate vestra propria *etc.* Quod scripsi ego predictus
Gualterius *etc.*

*Seguono, come nel precedente atto, i segni del notaio e
del giudice e le quattro firme dei testi.*